



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

De testamentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

honorum aliorum ex parte ipsorum et nomine deducant. et nihilominus per iuramentum deducant bona hominum comprobent. dictarum personarum ea bona esse nullis alijs vniuersis seu bonis intermixtis. quorum nomine deferunt. Dicti etiam thelonarij nostri qui nunc sunt et qui in posterum per nos creabunt. iurabunt in capitulo Coloniensi vel super iuramento alibi preestito de premissis obseruandas dabit litteras apertas. de positionis et statutorum penas subituri si prius fecerint. vt in articulo proximo est expressum.

De testamentis.

Adiungentes premissis quod quilibet presbiter ecclesie nostrarum ciuitatis et diocesis Coloniensis predictarum coram duobus vel tribus testibus fide dignis suis testamentum seu ultimam suam voluntatem de bonis suis quibuslibet libere valeat ordinare. habeatque testamenta et voluntates hominum. et ipsorum executiones absque cuiuscumque impedimento vel obstaculo. roboris plenitudinem efficacem.

De visitatione.

Et ne clericus ciuitatis nostre Coloniensis peculiari munificencie nostre gaudeat prerogatiua ipsi si nos eos visitare contigerit ab hinc ad sexennium. percuraciones remittimus per prelatos. Insuper vt statui prelatorum et cleri nostrarum ciuitatis et diocesis Coloniensis predictarum. per nos vberius quod summe aperimus consulat. in quibus memoris premissis emittitur idem status. premissis declaramus prelatos preces ciuitatis et diocesis Coloniensis predictarum auctoritate ordinaria. non posse aliter conueniri nisi coram nobismet ipsis. et secundum eorum consuetudinem hactenus obseruata. Quibus canonici ecclesiarum collegatarum ciuitatis Coloniensis ab officiali nostro et alijs ordinarijs iudicibus ad decanos suos pro quibuslibet causis conueniri remitti debeant. hoc petentes nec alias

auctoritate ordinaria iudicari valeant. nisi in defectu iustitie per decanos et capitula expedite reddende secundum eorum consuetudinem hactenus obseruata. Et quia pro dolor nouis machinationibus laici clericis de die in diem amplius sunt inuesti contra nouos morbos. noua medicina cogimur preparare. Idcirco ad eximiam clerum nostrum in premissis et libertatibus eundem. Statuta predecessorum nostrorum volumus recenseri corrigi et emendari. addendo et subtrahendo et etiam aciendo penas in eis contentas. per clerum utilitas hoc sua debet. Officiales nostrum quod pro tempore fuerit executioni dictorum statutorum efficaciter et fideliter deputaturi. nec per nos nec per dictum officialem seu quemcumque alium hominum executionem reuocaturi vel etiam relaxaturi simpliciter vel ad tempus. nisi lesio secundum eundem statutorum tenorem fuerit satisfacta. Insuper etiam vobis omnibus et singulis bona fide promittimus per prelatos. quod vos singulos et vniuersos tam in personis quam rebus reditusibusque prouentibus et obuentioibus vestris quibuscumque omnibus modis quibus poterimus defensabimus et tuebimur et conseruare studebimus effectiue. Et quod contra lesores et iniuriatores vestros ac libertatum et immunitatum vestrarum turbatores cuiuscumque status aut prementie existant. et presertim contra eos qui de bonis vestris que per loca quecumque negociationis causa minime deferuntur. Thelonia pedagia extorquent seu vedigal. duriori qua poterimus acrimonia. brachijque nostri secularis potentia procedemus. dum super his per aliquem vestrum in premissis lesum fuerimus requisiti. Et quia ex conquestionibus vestris nuper accepimus. quod ecclesie monasteria et persone ecclesiastice nostre iurisdictionis in suis curtiis per dominos temporales ac interdum per nostros officiales in vecturis et alijs oneribus que plurimum pregrauantur